

et euacuandis certare calicibus. **Asi.** **Ysa.**
 Neque potentes estis ab bibendum vinum et
 fortes viri ad miscendam ebrietatem. **Ubi**
 notandum quod excessivus vini usus vitiosus
 est quod inducit multa mala. **Primo** quia
 bona omnia dissipat in homine: bona maxime
 gratie usque ad fundamentum eorum: scilicet
 usque ad fidem: **ecclesiastici. xx.** Vinum et mu-
 lieres appostatate faciunt sapientes a deo:
 sicut mater fidei continentia est: ita perfidie
 mater ebrietas: bona etiam nature exterminat
Augu. Ebrietas auferit memoriam dis-
 sipat sensum: confundit intellectum: concitat
 libidinem: inuoluit linguam: corrumpit sangui-
 nem: ossa membra debilitat: vitam diminuit et
 omnem salutem exterminat. **Ambro.** Ebriosus
 confundit: naturam: amittit gratiam: perdit glo-
 riam: incurrit damnationem eternam. **Secundo** tur-
 pissimum hominem reddit. **Innocentius** libro
 de miseria hominis: Quid turpius ebrioso:
 cui fetor in ore: tremor in corpore: qui per-
 mit stulta: perdit occulta: cui mens alienatur:
 et facies transformatur. **Et sequitur.** Ebrietas ve-
 renda nudauit se in noe: incestum commisit
 se in lob: filium regis se in amon occidit. et
 principem exercitus. scilicet olofernem iugulauit.
Tertio quidem provocando ad iram et contumelias:
 dissipat fraternalem concordiam et pacem:
ecclesiastici. xxxj. Vinum multum potatum
 irritationem et iram et ruinas multas facit.
Petrus rauennas in sermone: Ebrietas
 cedis mater: patris litium: furoris genitrix
 petulantie est magistra. **Quarto** inflamat
 libidinem. Ex ebrietate enim quasi pri-
 mogenita filia generatur luxuria puer. **xx.**
 Luxuriosa quidem res est vinum et tumultuosa
 ebrietas. **Et ideo** apostolus ad ephesios. **v.**
 inquit: Nolite inebriari vino in quo est lu-
 xuria. **Quinto** subuertit sensum: **Osee**
iiij. Vinum et ebrietas auferunt cor. **Petrus**
 rauennas: Ubi regnat ebrietas ratio exul-
 lat: intellectus obtunditur consilia deuiant:
 iudicia subuertuntur. **Et ideo** dicit sapiens
 salamon **ecclesiastes. ij.** Cogitavi in corde
 meo abstrahere a vino carnem meam ut auium
 meum transferre ad sapientiam deuitareque
 stultitiam. **unde** glo. **ecclesiastici. xxxj.** dicit:
 Ebrietas multos subuertit que sensum mi-
 nuit: iram excitat: libidinem inflamat: animi
 secreta reuelat. **Ideo** ambro. ait: Fugiamus
 ebrietatem per quam cetera vitia vitare

non possumus. **Tricesimus** septimus in-
 strumentum est (non esse multum edacem) id est
 non esse crapulosum aut gulosum. **De** quo
ecclesiastici. xxxj. Utere quasi homo frugi-
 bus que tibi apponunt: ut non cum manducaueris
 multum odio habearis. **glosa:** Sobrietatem
 dilige: temperanter age. **Ne** quid nimis:
 ne in scandalum confusionis incidas.
Ubi notandum quod sobrietas cibi aman-
 da est ab omnibus: et maxime a discipulo hu-
 ius schole. **Primo** quod sobrietas cibi plu-
 rimum valet ad vitam nature conservandam:
ecclesiastici. xxxvij. Noli esse auidus in omni
 epulatione: et non te effundas super omnes escam.
In multis enim escis erit infirmitas: et au-
 ditas appropinquabit usque ad coleram. **pro-**
pter crapulam multi perierunt: qui autem absti-
 nentia adiuciat vitam. **Seneca** Potest nostra
 prudentia huic corpusculo longiora plerumque
 morari: si voluptates quibus maior pars
 perire poterimus regere et coercere.
Secundo valet ad custodiam vite gratie. **Sob-**
rietas enim mater est omnium virtutum: sicut
 e converso ebrietas omnium vitiorum. **Ait** origenes
 super leui. **vij.** **Isidorus** libro de summo bo-
 no: Sicut carnales cupiditates reserant
 abstinentiam: ita omnes anime virtutes edacita-
 tis vitio destruantur: inde est quod princeps co-
 quorum muros irim subuertit: quod veterum
 multitudo coquorum deseruit: edificia vir-
 tutum ad solum redigit. **Tertio** quod sobrie-
 tate percomitatur anime et corporis puritas: que
 admodum enim teste beato ysidoro. escis li-
 bido crescit et ciborum saturitas luxuriam su-
 scitat: ita ieiunio libido restringitur: ieiunio et
 abstinentia luxuria superatur. **Sequestra-**
ta autem saturitate non dominatur luxuria.
Quo circa ut ait **glosa:** **Mathei** quarto:
Diabolus victus de gula non tentat de lu-
 xuria. **Hieronymus:** In omnibus exhibe te
 sobrium: ut te sobrietas exhibeat purum.
Quarto sobrietas diligenda est quod gula
 inter alia mala que facit de templo spiri-
 tus sancti quod est homo: sicut illud scilicet cor.
vj. Vos estis templum dei: si ergo linum facit.
Hieronymus. Quanto studio fugienda est gu-
 la: que corpus domesticum spiritus rece-
 ptaculum reducit in sterquilinum: carnis nostre
 gloriam reducit in lutum. **Quinto** quod gula
 aggrauat et diminuit lumen rationis. **luce.**
xxj. ait saluator: Attendite autem vobis ne

Vinum imode-
rate sumptum
omnia bona
exterminat tam
gratie quam na-
ture.

Exempla de
ebrietatis tur-
pitudine.

Magnam dan-
nam ebrietatis.

Multa pcla-
ra ad commu-
dationem so-
brietatis de-
scribuntur.

Inter
est vitium
probabilis
quare.

Scilicet
quid
multi-
ca co-
da est.